

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancte Prarede xci

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

De sancto

Apollinari

De sancta praxede. xci. A



Praxedis dicta quasi viridis aprasin qd est viride inde praxedis quasi prasin virens qz viruit z floruit flore virginitatis

Praxedis virgo fuit beate potetiane soroz que fuerit sorozes sancti donati z timothei q ab apostolis in fide eruditi sunt. Que cum psecutione se uiente multoz christianoz corpora sepelissent. et facultates suas paperibz erogassent tandem in pace quieuerunt. Circa annos dñi. clv. sub marco et antonio secundo.

De sancto apollinari xci. A

Apollinaris dicitur a pollens z ares qd est virtus quasi pollens virtutibus. Uel dicitur ab apollo qd interpretatur mirabilis z naris p qua intelligitur discretio: quasi mirabilis discretionis vir. Uel ab a qd est sine z polluo. z ares virtus quasi virtuosus sine pollutione vitioz.

Apollinaris petri apli discipulus fuit. z ab eo rauennam de roma missus est. vbi vxore tribuni ab eo sanata ipaz cu viro z ei familia baptizauit. Qd quidem iudici nunciatus ab eo apollinaris ptnus accersit. Ductusqz ad templum iouis vt ibi immolaret. cu diceret sacerdotibus ydolorum. aurum z argentum ydolis appesum melius pauperibus dari q ante demones sic appedi. ptnus capitur: z fustibus cesus seminiu relinquitur. Sed a discipulis collectus in domo cuiusdam vidue. vij. mensibus refouet. Inde aut venit ad ciuitatem classensem vt quendam nobilem mutum ibidem curaret. Cu aut

domum ingrederetur puella quedam immundum spiritum habens exclamauit dicens. Recede hinc serue dei. nam faciam te ligatis manibus z pedibus de ciuitate extrahi. Quam apollinaris increpans ptnus demonem exire coegit. Cu igitur super mutum nomen domini inuocasset: z curatus fuisset. plus qm quingenti homines crediderunt. Pagani autem cum fustibus cesum prohibebant ne ibi cesus noiaret. Ille vero in terra iacens clamabat. Quoniam ipse verus est deus. Tunc nudis pedibus supponas eum stare fecerunt. Sed cum adhuc christum constantissime predicaret extra urbem eum pericerunt.

Eo tpe dum rufus patricius rauenne filiam infirmam haberet: z ad eam sanandam apollinarem vocasset. mox vt domum ingressus est defuncta est. Cui rufus. Utinam domum meam non introisses. dii enim magni irati sunt: z filiam meam sanare noluerunt. Tu vero quid ei facere poteris? Cui apollinaris. Noli timere tibi michi iura q si puella surrexerit eam creator eius sequi nequaquam prohibeas. Qd cum fecisset. facta oratione puella surrexit. z nomen christi ptes cum matre et magna multitudine baptisina suscepit. z virgo permansit. Qd audiens cesar scripsit ad prefectum pro: vt apollinarem aut sacrificare faceret. aut in exilium mitteret. Prefectus igitur eum sacrificare nolentem fustibus cedi fecit. z in euleo extensum torqri mandauit. Ubi dum dominum constantissime predicaret: aquam feruentem in eius vulneribus recedentibus iactari iussit. z sic graui pondere ferri vincula in exilium mittere voluit. Videtes autem christiani tantam impietatem accensim animo in paganos irruunt. z plus qm ducentos